



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XXX. Simonia Cvivs Mater Avaritia est, teste S. Bern. epistola 42.
Clericis execranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

Principum lites, hinc detractionis caussa; hinc origo fit criminis.

§. Sanctus Gregorius homil. 17. in Euangel. ^{Auaritia Clericos ad rapinam in-} ^{ciat & ob-} ^{træctation. 2.} *Plurimique, ait, Sacerdotes, qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt. Plerumque si quos humiliter, si quos contumaciter viuere cõspiciunt, irrident. Considerate ergo quid de gre-* *gibus agatur, quando pastores lupi fiunt. Nulla animarum lucra querimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus. Locum Sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Sanctus Gregorius libro 2. epistola 25. ad Ioannem Episcopum Squilatinum in fine. Admonemus fraternitatem tuam, vt in commissis sibi animabus solerter inuigilet, & animarum magis lucris, quam commodis vitæ præsentis intendat. Sanctus Ioannes Euangelista in epistola sua 3. quendam Diotrephen excommunicauit, quod pauperes non reciperet & recipientes ab Ecclesia eiceret, vt & obseruauit Grat. d. 42. cap. 2. §. Hinc etiam. Sanctus Gregorius libro 12. epistola 6. & habetur dist. 82. cum vnico. Archidiaconum Florentinum ob tenacitatem Episcopatu indignum iudicauit.*

CAP. XXX.

SIMONIA CVIVS MATER AVARITIA est, teste S. Bern. epistola 42. Clericis execranda.

§. **A**lieno vt periculo sibi caueant, tanquam è lictore p̄spectent, quot clerici vasta illa auaritiæ voragine absorbeantur, & miserrimè pereant. i. qui Si- *Quid Si-* *moniacæ labe contaminati sunt. Est a. Sim. studiosa volũtas moni-*

D d 2 emen.

emendi vel vendendi pretio temporali aliquid spiritale vel spiritali annexum, vt est in Glossa cap. 1. Qui studet 1. quaestione 1. Simoniaci à Simone Mago nomen inueniunt, qui vt ait Sanctus August. tractatu 16. in Ioannem, volebat emere SPIRITVM SANCTVM, quia vendere volebat Spiritum sanctum, vt constat Actor. 8. Tales & appellari possint Balaamita & Gezita: quia Balaam & suam Prophetiam Numer. 22. vers. 23. & Gezi minister Elisai sanitatem diuinitus concessam, 4. Reg. 5. vendiderunt.

Simoniam haeresis vocatur & sacrilegium.

§. Hoc scelus sapiusculè hæresin nominat Sanctus Gregorius, vt homilia 17. in Euangeli. Sacri, ait Canones Simoniacam hæresin damnant. Et libr. 4. epistol. 51. Primum Simoniacam hæresis est contra Ecclesiam exorta. Et libr. 7. epistola 110. & habetur 1. quæst. 1. cap. 13. Cum liqueat, & aliis locis: quia est externa prauæ opinionis contra Ecclesiam professio.

§. Vocat & idem Sanctus Gregorius Sacrilegium 1. quæstione 3. cap. 1. Audiuius. A sacrilegio hoc facinus non dispar dixerim, cum id quod gratis fieri debuit, sub pecunie pactione causatur. Vbi & Glossa. Dicitur hic quod sacrilegium & Simoniam committunt, qui Ecclesias vel Ecclesiastica beneficia per pecuniam acquirunt, vel concedunt. Et rectè quia Sacrilegium est violatio rei sacræ, siue injuria & irreuerentia, quæ DEO fit indigna rei sacræ tractatione; qui autem vendit emitue rem sacræ, indignè eam tractat & violat ejus sanctitatem, contra Dei, qui est illius Dominus, voluntatem. His mandat Christus Dominus: *Gratis accepistis, gratis date* Matth. 10. versic. 8. Cujus præcepto si morem quis non gesserit, audit à Christi Vicario. Actor. 8. versic.

20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.*

§. Simo-

*Simoniaca
non potest
pronunciare
Spiritus S.*

§. Simonia aduersus Spiritum sanctum delinquitur. Bonizo in Epistola ad Machidem Comitissam & Cardinal. Baronius 11. Annali commemorant, quod Hildebrandus postea Gregorius Septimus vir prudentiæ & pietatis fama celebris Lugduni auctoritate Victoris Pontificis Episcoporum conuentum indixit, in quo quidam Archiepiscopum Simoniaca peste infamem, reū peregerunt, quos ille auro corruptos postera die compellauit. Vbi sunt, qui me heri accusatum venerunt, prodeant in medium. Illis obtinentibus Hildebrandus *afflatu Numinis Age*, inquit, *dic Archiepiscopo credis Spiritum sanctum cum Patre, & Filio vnā esse substantiam Deitatis?* Illo promptè affirmante. Dic ergo, inquit Hildebrandus: *Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.* Hic ergo Archiepiscopus cum Patrem & Filium exertè ac expeditè pronuntiaffer, hæsit in Spiritu sancto, quem sapius conatus, nulla ratione potuit exprimere culpam factus & à Concilio exauctoratus nullo negotio Spiritus sancti nomen edidit. Quare ceteri sibi de eodem crimine consciis attoniti vltro se abdicarunt, factumque, vt Episcopi 45. honore exuti in ordinem redigerentur, præfules & Præpositi 26. loco mouerentur.

§. De Simoniacè prætio ordinatis Sanctus Gregorius libro 7. epistola 114. & habetur distinct. 61. cap.

2. Sacerdotale ex eodem Sancto Gregorio lib.

7. epistola 113. Videat Lector 1. q. 1. Cano-

nones a. 1. Gratia. ad 30.

Si Iustus.

